Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ticudo copiosa plebis ab omni iudea & ierlm. & si mari
tima. & tyri. & sydonis. qui uenerant ut audirent eum.
& sanarentur a langoribus suis. & qui uexabantur a spi
ritibus immundis. curabantur. Et omnis turba querebat
eum tangere. quia uirtus de illo exiebat. & sanabat omnes.
Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati
pauperes. quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuri
tis. quia saturabimini. Beati qui nunc fletis. quia
ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines. &
cum separauerint uos. & exprobrauerint. & eiecerint nomen ue
strum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete
in illa die. & exultate. ecce enim merces uestra multa est in
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Secundum Matheum Ecce
ego mitto uos. sicut oues in medio luporum. Estote ergo
prudentes. sicut serpentes. & symplices sicut columbe.
Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in conciliis.
& in synagogis suis flagellabunt uos. & ad reges &
presides ducemini propter me. in testimonium illis & gentibus.
Cum autem tradent uos. nolite cogitare. quomodo aut quid
loquamini. Non enim uos estis qui loquimini. sed spiritus patris
uestri qui loquitur in uobis. Tradent autem fratrem in mortem.
& pater filium. & insurgent filii in parentes. & morte eos
afficient. Et eritis odio omnibus. propter nomen meum. Qui autem
perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Secundum Lucam
In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Cum audieritis prelia. & sedicio
nes. nolite terreri. Oportet primum hec fieri. sed nondum
statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gen
tem. & regnum aduersus regnum. & terremotus magni erunt